

## De Kartuizers van Vucht

*De goederen in Olland, Kasteren, Zon, Gemonde, Poeldonk  
Eikendonk, en Vucht.*

door

F. W. SMULDERS

In B.B. XVI staat een samenvatting van de geschiedenis der Kartuizers van Vucht, voornamelijk geput uit een oude kroniek. Alles daarin is niet duidelijk, vooral niet hoe de Kartuizers het goed in Vucht aan de Taalstratt gekregen hebben.

Volgens die kroniek zou Aleit Pieck, echtgenote van Aert van Herlaer, het goed van de zusters van Orthen te Vucht geschonken hebben aan de Kartuizers, nadat die zusters voor 1300 Andries-gulden dat goed overgegeven hadden aan Aert van Herlaer en zijn echtgenote. Uit de hierachter volgende akte van 3 Dec. 1471 blijkt, dat de zusters van Orthen, hier genoemd zusters van 't Sint Andries-huis, hun goed in Vucht ten erfcijns gegeven hebben aan de Kartuizers; d.i. ze verkopen dat goed voor  $810 + 150 + 255 = 1215$  gulden; samen met één cijns van 45 gulden is het hele bedrag 1260 gulden. Het is een verkoping met uitgestelde betaling. De cijns of rente van 45 gulden werd afgelost vóór 19 Maart 1472 n.st. Ook de bedragen van 150 en 255 gulden zijn dan betaald (wellicht door de weldoeners Aert van Herlaer en zijn vrouw!)

De bisschop van Luik keurt op 27 Febr. 1472 goed, dat de Kartuizers het goed van de zusters van Orthen te Vucht overnemen. (Oorkonden der Vuchtse Kartuizers, doos 4 op het archief van het aartsbisdom Mechelen).

Deze datum komt goed overeen met de door mij gevonden akten.

Bij Schutjes V 858 lezen wij, dat Arnold van Herlaer en zijn echtgenote Aleydis Pieke in 1473 het klooster van de zusters van Orthen te Vucht kochten voor de Kartuizers. Dit klopt ook niet met de hierna volgende akten. De zusters geven hun goed te Vucht over aan de Kartuizers op 3 Dec. 1471. Wie de koopsom betaald heeft, blijkt uit deze akten niet; het meest waarschijnlijk is, dat Aert van Herlaer en zijn vrouw dat gedaan hebben.

Tevens laat ik hierachter volgen de opdracht van de goederen in Olland, Kasteren, Zon, Gemonde, op de Poeldonk en de Eikendonk enz., die Ludolf van den Water te voren geschonken had aan de Kartuizers. Ook hierover kan men soms enige onzekerheid waarnemen. In deze opdracht kan men precies zien, wat voor goederen het waren.

In de Oorkondenverzameling der Vuchtse Kartuizers op het aartsbisschoppelijk archief te Mechelen vinden we weinig over hun Brabantse bezittingen, daar de meeste oorkonden betrekking hebben op hun goederen in de Bommelerwaard, en langs de Waal en de Linge.

Enige gegevens daaruit heb ik meegedeeld in het Helvoortse Heemkundeblad „De Kleine Meierij”, IX, 9, blz. 15—17.

Er schijnt een kwestie geweest te zijn over de kapel, die op het Vuchtse goed stond. Zij wordt niet genoemd in de akte van 3 Dec. 1471. Ik heb over die kwestie niets gevonden en kan daarover dus niets te berde brengen.

Nota. *Postea protocollatum* betekent, dat die akte na 19 Maart in het protokol geschreven is. De akte is niet in tijdsvolgorde ingeschreven, maar enige dagen na 19 Maart.

Den Bosch R. 1241 fol. 25v°

Notum sit universis quod, cum dominus *Ludolphus vanden Water*, olim canonicus ecclesie sancti Johannis Evangeliste in Buscoducis, pridem coram reverendis in X° patribus fratre Waltero de Leend domus beate Marie dicte Bethleem in Ruremunda necnon fratre Arnoldo de Curia domus Insule Regine Celi prope

Wesaliam prioribus mansos et hereditates infrascriptas et quemlibet eorundem mansorum, primo videlicet mansum suum situm in parrochia de *Rode* ad locum dictum *Ollant* erga Everardum suum fratrem condivisum; item mansum suum pretacto manso contiguum situm in parrochia et loco predictis, quem mansum idem dictus dominus Ludolphus erga liberos quondam Gerardi Celen acquisivit; item mansum suum situm in parrochia et loco predictis prope locum dictum *Houthem*, quem mansum dictus dominus Ludolphus ergt Johannem vanden Laer et suam uxorem acquisivit; item mansum suum situm in parrochia et loco predictis retro locum dictum *Hermalen* olim Johannis Hoernken et quorundam aliorum; item mansum suum situm in parrochia de Bucstel ad locum dictum *Casteren* in tribunali de *Lyemde* una cum quodam nemore quercino, quem mansum et nemus dictus dominus Ludolphus erga Johannem Spaybaet asquisivit; item mansum suum situm in parrochia et loco predictis, quem mansum dictus dominus Ludolphus erga Gerardum de Deyl et quosdam alios acquisivit; item mansum suum situm in parrochia de *Zonne* [26] ad locum dictum *Aenschot* unacum diversis pactionibus hereditariis usque ad quindecim modios et unum sextarium siliginis necnon cum diversis hereditariis censibus ad quadraginta quatuor libras et quatuor solidos communis pagamenti ascendentibus, prius ex jamdicto manso solvendis ac postea per dictum dominum Ludolphum exinde acquitatis et redemptis; item medietatem cujusdam mansi siti in jurisdictione de *Lyemde* in loco dicto *Casteren* emptam erga quondam Gerardum de Cymiterio; item agrum terre arabilis situm juxta medietatem dicti mansi, erga Adrianam filiam quondam Engberti vanden Slaebroeck per dictum dominum Ludolphum acquisitum; item campum terre partim arabilis et partim paludialis dictum *Berendes Buenre*, emptum erga Marcelium vanden Langenberch; item mansum suum dictum *die hoeve aen die heyde* situm partim in parrochia de *Gemonden* et partim in parrochia de *Scijnle*; item mansum suum seu octodecim jugera terre vel circiter sita in parrochia de Buscoducis ad locum dictum op die *Poeldonck* olim ad Theodericum Wellens spectantia; item mansum suum seu octodecim jugera terre sita ad locum *Eyckendonck* vocatum in loco dicto Dungen dicte parrochie de Buscoducis; insuper piscariam suam sitam in dicta parrochia de *Rode* inchoantem apud locum dictum beneden bruggen alias *Bubnagel* et progredientem quasi ad unum miliare scilicet usque ad hereditatem Henrici de Achel quasi in oppositum capelle de *Lyemde*, unacum omnibus et singulis edificiis in dictis mansis ac bonis existen-

tibus ac pactionibus et censibus ex pretactis bonis acquitatis seu redemptis, simul cum quibuscumque terris, pratis, pascuis, nemoribus, lignicrescentiis, mericis, silvis, aquis et aquarum decursibus seu fossatis et communitatibus, excepto tamen et inde dempto quodam campo terre in dicta parrochia de *Scijnle* situato olim ad Henricum de Arkel spectante et dicto domino Ludolpho reservato, dedisset donacione perfecta et reali, que dicitur inter vivos, sine spe aut voluntate umquam rehabendi aut recuperandi, religiosi in X<sup>o</sup> viris et fratribus scilicet fratri Johanni de Monte rectori necnon fratri Thome van Dryel procuratori novi monasterii Carthusiensium Sancte Sophie ad Constantinopolim siti prope Buscumducis ad opus et utilitatem dicti novi monasterii, prout in quodam instrumento publico desuper confecto plenius dicebatur contineri, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus dominus Ludolphus vanden Water in majorem securitatem, certitudinem, robur et confirmationem omnium et singulorum premissorum et ut premissa validius et coram judice competente sorciantur effectum, omnes et singulos mansos, medietatem mansi predicti, agrum terre, campum terre, octodecim et octodecim jugera terre, insuper piscariam predictos simul cum omnibus et singulis domibus, domunculis, stabulis, horreis, ovilibus ac aliis quibuscumque edificiis in dictis hereditatibus consistentibus ac quibuscumque terris, pratis, pascuis, mericis, nemoribus, lignicrescentiis communitatibus ac quibuscumque aliis attinentiis et juribus dictorum mansorum, agri, campi, jugerum terre, piscarie singulis et universis quocumque locorum consistentibus, sitis, solvendis aut reperiendis et ad premissa e jure spectantibus, insuper cum quibuscumque et singulis pactionibus, censibus et redditibus ex premissis prius e jure solvendis ac postea per dictum dominum Ludolphum redemptis et acquitatis, ut dicebat, hereditarie supportavit mihi [d.i. den Bossche sekretaris Willem vanden Bossche] ad opus dicti *novi monasterii Carthusiensium* cum jure sibi ut dicebat competente in quibuscumque literis et instrumentis mencionem inde facientibus, promittens super omnia et habenda ratum servare, obligationes et impetitiones ex parte sui et quorumcumque suorum heredum et successorum deponere exceptis [fol. 26v<sup>o</sup>] hereditaria pactione trium modiorum siliginis mesure de Buscoducis Johanni filio quondam Alberti Valken soen pellifici ex dicto manso sito in parrochia de Bucstel ad locum dictum *Casteren* atque hereditaria pactione trium modiorum siliginis dicte mesure Goesuino Heer pellifici ex dicto manso sito in *Ollant* atque vitali pensione duorum modiorum siliginis dicte mesure et quatuor librarum monete

Aleydi famule ejusdem domini Ludolphi post decessum ejusdem domini Ludolphi ex dictis octodecim jugeribus terre sitis ad locum dictum op die Poeldonck ad vitam ejusdem Aleydis e jure solvendis, exceptis eciam hujusmodi oneribus et promissionibus in dictis literis et instrumento contentis, salva eciam dicto domino Ludolpho sua vitali pensione centum aureorum denariorum peters vocatorum, quam pensionem fratres Johannes de Monte et Thomas de Driel dicto domino Ludolpho ex dicto manso sito in Zonne atque ex octodecim jugeribus terre sitis op die Poeldonck et ex omnibus aliis bonis dicti monasterii vita dicti domini Ludolphi durante hodierna die promiserant, quas pacciones, vitales pensiones, onera et promissiones predictas dicti fratres Johannes de Monte et Thomas de Driel et eorum in dicto monasterio successores exnunc deinceps sic et taliter futuris temporibus dabunt, solvent, conservabunt, adimplebunt et tenebunt ac taliter dare solvere conservare adimplere et tenere tenebuntur, quod dicto domino Ludolpho ad et supra se et bona sua reliqua dampna non eveniant in futurum, prout dicti fratres Johannes et Thomas pro se et quibuscumque suis in dicto monasterio confratribus presentibus et futuris hoc palam recognoverunt et sub obligacione omnium et singulorum premissorum dicto domino Ludolpho repromiserunt; hoc eciam addito quod presens supportacio non prejudicabit dicto domino Ludolpho aut eciam priori donacioni pridem de premissis in dicto instrumento ut premititur facte, cum condicione consueta. Textes Rode et Lu.

Datum 3a decembris [1471]

Ludolphus Buck in absentia dictorum rectoris et procuratoris prebuit [patentes denarios] ad redimendum [jure proximitatis] et supportavit michi ad opus dicti monasterii. Testes Rode et Lu.  
Datum XIIIa decembris [1471]

Fratres Johannes de Monte rector et Thomas de Driel procurator dicti novi monasterii in presencia et de consensu fratris Wolteri de Leend domus Carthusiensium beate Marie in Ruremunda necnon Arnoldi de Curia domus Carthusiensium Insule Regine Celi prope Wesaliam priorum et per reverendum in X<sup>o</sup> patrem priorem chartusie et capitulum generale tocius ordinis ad infrascripta specialiter deputatorum ut dicebant promiserunt dicto domino Ludolpho, quod ipsi dabunt et solvent dicto domino Ludolpho annuam et vitalem pensionem centum aureorum denariorum peters communiter vocatorum, decem et octo stuferos vel valorem pro quolibet computando, anno quolibet vita dicti do-

mini Ludolphi durante et non ultra, videlicet pro qualibet quarta parte dicte pensionis in singulis quatuor temporibus anni dictis Quatertymperen et pro primo solucionis termino in quatuor temporibus festum beate Lucie virginis proxime futurum primo subsequentibus ex dicto manso sito in Zonne ac suis juribus et attinenciis singulis et universis atque ex octodecim jugeribus terre sitis infra libertatem opidi de Buscoducis ad locum dictum Dungen ad locum dictum op die Poeldonck, quos mansum et jugera terre predictos magister Wilhelmus de Busco hodierna die ad opus dicti monasterii erga dictum dominum Ludolphum acquisivit; insuper ex quibuscumque aliis bonis dicti monasterii habitis et habendis quocumque consistentibus, sitis aut solvendis, ut dicebant; promiserunt insuper de consensu ut supra sub obligacione omnium bonorum dicti conventus presencium et futurorum warandiam et satisfacere condicione consueta. Testes datum supra.

Notum sit universis quod, cum dictus dominus Ludolphus promississet Agneti filie quondam Willelmi Teppers aut aliis personis nomine et vice dicte Agnetis centum et quinquaginta octo aureos peters simul cum quibusdam censibus ad spacium certorum annorum dicte Agneti aut aliis personis ejus nomine premisis dandis solvendis, ut dicebant in literis [27] scabinorum de Buscoducis super hoc confectis plenius contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis fratres Johannes de Monte et Thomas de Driel predicti palam recognoverunt et sub obligacione omnium bonorum dicti monasterii dicto domino Ludolpho promiserunt, quod ipsi dictos centum quinquaginta octo peters atque censum predictum sic et taliter dabunt et solvent, quod dicto domino Ludolpho ad et supra se et bona sua dampna non evenient. Testes Rode et Lu. Datum 3a Decembris [1471].

Notum sit universis quod, cum idem dominus Ludolphus promississet Hillegondi relicte quondam Wellini Schilder septuaginta septem peters simul cum quibusdam censibus ad spacium certorum annorum dicte Hillegondi occasione premissorum solvendis, et cum deinde dicta Hillegondis premissa supportasset Arnoldo Stamelart dum vixit, et cum deinde idem Arnoldus premissos denarios et censum in suo testamento seu ultima voluntate legasset seu reliquisset Katherine vanden Staeck sue ancille, ut dicebant, constituti igitur coram scabinis infrascriptis fratres Johannes et Thomas predicti palam recognoverunt ut supra. Testes datum supra.

Dicti fratres Johannes et Thomas promiserunt sub obligacione ut supra dicto domino Ludolpho centum aureos florenos postulaets gulden vocatos vel valorem ad monicionem dicti domini Ludolphi persolvendos. Testes datum supra.

Dicti fratres Johannes et Thomas palam recognoverunt se recepisse a domino Ludolpho predicto hujusmodi centum florenos renenses, quos idem dominus Ludolphus pridem promiserat fratribus Dionisio rectori et Henrico de Heezewijck procuratori olim domus Carthusiensium prope Buscumducis ad opus ejusdem domus, ut dicebat(ur) in quadam cedula manu dicti domini Ludolphi scripta ac ejusdem domini Ludolphi sigillo sigillata plenius contineri, clamantes inde quitum dictum dominum Ludolphum ac omnes alios de premissis quitancia indigentes. Testes datum supra.

Sorores Margarita Lambrechts mater, Agatha Meynarts procuratrix, Weyndelmoedis Goessens, Bela de Hoculem, Oda Claes et Elisabeth, sorores et inhabitatrices domus sororum Sancti Andree site in Buscoducis juxta vicum Hynthamensem in oppositum conventus sancte Clare ibidem pro se et quibuscumque aliis sororibus ejusdem domus presentibus et futuris ac cum expressis consensu et voluntate fratris Petri de Dijnlaken, presbyteri et confessoris sororum domus predictae, cum tutore, hereditatem quandam seu mansionem dictarum sororum cum suo fundo sitam in parrochia de *Vucht sancti Lamberti* inter hereditates Elizabeth relicte quondam Petri Hanschoenmeker et suorum liberorum, Jacobi dicti Buedelmeker, dictarum sororum, Philippi Scoenmeker, Johannis Loenman et quorundam aliorum vicinorum ibidem ex uno et inter communem plateam et communitatem alias undique adjacentem, simul cum omnibus domibus, mansionibus, domunculis, stabulis, ovilibus, horreis, et quibuscumque aliis edificiis et structuris in eadem hereditate constitentibus et constructis, simul etiam cum quibuscumque privilegiis, libertatibus, immunitatibus, franchisiis et aliis juribus ad premissa quovismodo spectantibus singulis et universis, ut dicebant, dederunt ad annum et hereditarium censum fratribus Johanni de Monte rectori et Thome de Dryel procuratori *novi monasterii Carthusiensium* sancte Sophie ad Constantinopolim prope Buscumducis ad opus dicti novi monasterii, ab eodem monasterio hereditario jure habendam et possidendam pro censu fundi, hereditario censu quatuor aureorum denariorum Willelmus Schilde vocatorum, hereditario censu quatuor nigrorum Turonensium,

hereditario censu quinque denariorum stivers vocatorum, hereditario censu septem librarum monete, hereditario censu unius consimilis libre [fol. 27 v<sup>o</sup>] et hereditario reddito quatuor quartarum olei dandis et solvendis a fratribus Johanne et Thoma predictis, eorum post fratribus et successoribus terminis et locis ad hoc debitis et consuetis, atque pro annuo et hereditario censu quadraginta quinque florenorum renensium monete imperatoris aut quatuor electorum, viginti stuferos vel valorem pro quolibet computando, dando et solvendo dictis sororibus et earum successoribus ad opus domus sancti Andree predictae a fratribus Johanne et Thoma, suis confratribus et successoribus hereditarie Nativitatis Domini et pro primo solucionis termino a Nativitatis Domini proxime futuro ultra annum ex premissis, promittentes dicte sorores pro se et quibuscumque aliis sororibus domus sancti Andree predictae presentibus et futuriis cum expressis consensu et voluntate fratris Petri de Dijnlaken, earum confessoris predicti cum tutore sub obligacione omnium bonorum domus sancti Andree predictae presencium et futurorum pro premissis warrandiam et omnes aliam obligacionem et impeticionem deponere; quo facto fratres Johannes de Monte rector et Thomas de Driel procurator dicte novi monasterii in presencia et cum expressis consensu et voluntate fratrum Walteri de Leend prioris domus Carthusiensium beate Marie in Ruremanda et Arnoldi de Curia prioris domus Carthusiensium Insule Regine Celi prope Wesaliam, ad hoc specialiter per reverendum in X<sup>o</sup> patrem priorem domus Carthusie et generale capitulum tocius ordinis Carthusiensium deputatorum, repromiserunt magistro Willelmo de Busco ad opus dictarum sororum dictum censum quadraginta quinque florenorum ex premissis termino predicto atque ex duobus mansis olim Arnoldi Stamelart, nunc vero ad dictum novum monasterium spectantibus sitis in parrochia de Bucstel ad locum dictum Lyemde; item ex quodam prato sito in jamdicta parrochia ad locum dictum Casteren ad premissos mansos spectante et de novo ad eosdem applicato; insuper ex quibuscumque attinenciis et juribus eorundem mansorum et prati singulis et universis quocumque locorum consistentibus sive sitis, quos mansos et pratum cum attinenciis et juribus predictis dicti fratres Johannes et Thomas cum consensu ut supra pro majore securitate solucionis dicti census ad pignus imposuerunt sororibus predictis et hereditario jure firmiter obligaverunt; talibus condicionibus annexis, si ex premissis inventum fuerit plus fore solvendum via juris quam dictum est, hoc dicte sorores recompensabunt et solvent, dando pro quolibet hujusmodi denario plus invento XVIII con-



similes denarios et non plus, atque quod dicte hereditates stabunt ad jura patrie.

Testes datum supra.

Et poterunt redimere perpetuis temporibus dictum integrum censum cum octingentis et decem consimilibus florenis renensibus aut medietatem ejusdem census et non minus simul et semel cum quadringentis et quinque hujusmodi florenis cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicte sorores cum consensu cum tutore et sub obligacione omnium bonorum dicte domus sancte Andree recognoverunt et mihi ad opus dicti novi monasterii repromiserunt, tali addita condicione quod dicti fratres Johannes rector et Thomas procurator aut eorum successores hujusmodi acquitacionem sive redemptionem insinuare tenebuntur per medium annum ante hujusmodi acquitacionem. Testes datum supra.

Wij Rode et Bochoven etc. doen kont eenenyegelijken dat huyden opden dach datum deser letteren voer den onderschoutheit deser stat ende ons scepenen voirs. gestanden is geweest in properen persoen brueder Thomas van Driel procurator des nuwe cloesters vanden Cathuysers van sunte Sophie tot Constantino-pole bij der stat van shertogenbosch voirs. ende heeft aenden voirs. scoutheit begert, dat die selve scoutheit inden naem ende wegens ons genedigs heren shertogen hem brueder Thomas voirs. [fol. 28] tot behoef des voirs, nuwe cloesters soude setten in allen alsulken erffenissen ende gueden, als bruederen Jan de Monte rector et Thomas van Driel procurator tegen die susteren des huys van Sunte Andries binnen der stat van shertogengosch voirs. gelegen vercregen hadden ende welc erfenisse ende gueden voirs. gelegen sijn in die prochie van Vucht sunte Lambres, ende dien also gesciet sijnde, so heeft die voirs. scoutheit den voirs. brueder Thomas in presencien vanden pater et mater voirs. ende bij hoeren consent in die erffenisse ende queden voirs. geset ende allen anderen den aenspraeck daer aff verboden, so dat gewoenlijc ende recht is te gescien.

Des torconden etc. Datum quinta Decembris [1471].

Notum sit universis quod, cum ita actum esset, ut in contractu incipiente Sorores Margarita, constituti igitur coram scabinis infrascriptis fratres Johannes de Monte rector et Thomas de Dryel procurator dicti novi monasterii in presencia et cum expressis consensu et voluntate dictorum fratrum Wolteri et Arnoldi priorum et deputatorum ut supra palam recognoverunt e michi

ad opus sororum predictarum sub obligacione omnium bonorum dicti novi monasterii presencium et futurorum promiserunt, quod ipsi ex nunc deinceps precariam dictam die bede domini nostri ducis Brabancie, quam dicte sorores ex premissis hereditatibus solvere consueverant, dicto domino nostro duci sic et taliter dabunt et solvent, dare et solvere tenebuntur, quod dictis sororibus ad et supra se et bona sua dampna exinde non evenient in futurum aut quod ipsi easdem sorores a dicta precaria relaxabunt et omnino indemnes observabunt, relaxare et indemnes observare tenebuntur. Testes datum supra.

Fratres Johannes de Monte et Thomas de Dryel predicti promiserunt sub obligacione omnium bonorum dicti novi monasterii michi ad opus dictarum sororum centum et quinquaginta florenos renenses, XX stivers vel valorem pro quolibet computando, ad carnis privium proxime futurum persolvendos. Testes datum supra.

Dicti fratres ut supra promiserunt michi ad opus ut supra ducentos et quinquaginta quinque consimiles florenos ad Jacobi apostoli proxime futurum persolvendos. Testes datum supra.

ibid. fol. 89.

Sorores Margarita Lambrechts mater, Agata Meynarts procuratrix, Weyndelmoedis Goessens, Bela de Hoculem, Oda Claes et Elisabeth Truyts, sorores et inhabitatrices domus sororum sancti Andree site in Buscoducis juxta vicum Hinthamensem in oppositum conventus sancte Clare ibidem pro se et quibuscumque aliis sororibus presentibus et futuris ejusdem domus ac cum expressis consensu et voluntate fratris Petri de Dynslaken presbyteri et confessoris sororum domus predicte cum tutore hereditarium censum quadraginta quinque aureorum florenorum Overlens Rijnsgulden vocatorum monete imperatoris aut quatuor electorum dictorum koervorsten, computando XXti denarios stivers vel valorem pro quolibet, quem censum fratres Johannes de Monte rector et Thomas de Driel procurator novi monasterii Carthusiensium sancte Sophie ad Constantinopolym prope Buscumducis in presencia et cum expressis consensu et voluntate fratrum Walteri de Leend prioris domus Carthusiensium beate Marie in Rueremunda et Arnoldi de Curia prioris domus Carthusiensium Insula Regine Celi prope Wesaliam promiserant magistro Willelmo de Busco ad opus dictarum sororum domus sancti

Andree predicte hereditarie Nativitatis Domini ex hereditate quadam seu mansionem dictarum sororum cum suo fundo sita in parrochia de Vucht sancti Lamberti inter hereditates Elizabeth relicte quondam Petri Hanscoemekers et suorum liberorum, Jacobi dicti Buedelmeker, dictarum sororum, Philippi dicti Scoemeker, Johannis Loenman et quorundam aliorum vicinorum ibidem ex uno et inter communem plateam et communitatem alias undique adjacentem simul ex omnibus domibus, mansionibus, domunculis, stabulis, ovilibus, horreis et quibuscumque aliis edificiis et structuris in eadem hereditate consistentibus et constructis, quas hereditatem seu mansionem simul cum omnibus domibus, mansioribus, domunculis, stabulis, ovilibus et quibuscumque aliis edificiis et structuris predictis fratres Johannes de Monte rector et Thomas de Driel procurator dicti novi monasterii ad opus ejusdem novi monasterii erga sorores Margaritam matrem, Agatam Meynarts procuratricem, Weyndelmoedem Goessens, Belam de Hoculem, Odam Claes et Elisabeth, sorores, pro dicto censu quadraginta quinque aureorum florenorum et quibusdam aliis oneribus exinde de jure solvendis ad censum acquisierant, atque ex duobus mansis olim Arnoldi Stamelaert, nunc vero ad dictum novum monasterium spectantibus, sitis in parrochia de Bucstel ad locum dictum Lyemd, item ex quodam prato sito in jamdita parrochia ad locum dictum Casteren ad premissos mansos spectante et de novo ad eosdem applicato; insuper ex quibuscumque attinenciis et juribus eorumdem mansorum et prati singulis et universis quocumque consistentibus sive sitis, quos mansos et pratum cum attinenciis et juribus predictis dicti fratres Johannes et Thomas pro majore securitate solucionis dicti census ad pignus imposuerant et hereditario (jure) firmiter obligaverant sororibus predictis, prout in literis, hereditarie supportaverunt fratri Thome de Driel predicto ad opus novi monasterii predicti cum literis et jure, promittentes de consensu fratris Petri de Dyenslaken predicti cum tutore sub obligatione omnium bonorum domus sancti Andree predicte ratum servare et obligaciones et impeticiones ex parte earum et quarumcumque sororum ejusdem domus sancti Andree presencium et futurarum deponere.

Testes Rode et Aa. Datum XIXa Marcii [1472 n.st.], quinta post Judica.

— Postea protocollatum. —

fol. 89v.

Dicte sorores centum et quinquaginta aureos florenos Overlens Rijnsgulden communiter vocatos, promissos magistro Willelmo

de Busco ad opus sororum domus sancti Andree site in Buscoducis juxta vicum Hinthamensem a fratribus Johanne de Monte rectore et Thoma de Driel procuratore novi monasterii Carthusiensium sancte Sophie ad Constantinopolim siti prope Buscoducis, legitime supportaverunt dicto fratri Thome ad opus dicti novi monasterii cum literis et jure. Testes datum supra.

— Postea protocollatum. —

Eadem sorores ducentos et quinquaginta quinque consimiles [florenos] promissos dicto magistro Willelmo ad opus sororum domus predicte a fratribus predictis legitime supportaverunt dicto fratri Thome ad opus dicti novi monasterii cum literis et jure. Testes datum supra.

— Postea protocollatum. —